



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 53. Si aliquid præcipiatur vel prohibeatur sub pœna irregularitatis,
quale sit peccatum contravenire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

prorum usum impediens: Unde sequitur, non esse censuram, sed quasi inhabilitatem: et si enim interdum imponatur per modum pœnæ, propriè tamen pœna non est. *Laym. l. 1. t. 5. p. 5. c. 1. Bon. d. 7. q. 1. p. 1.*

Resp. II. Dividitur, 1. in eam, quæ est ex delicto; & quæ est ex defectu. 2. In totalem, seu propriè dictam, quæ omni Ordine suscipiendo, & suscepti exercitio privat, v. g. homicidium, bigamia: & in Partialem, quæ aliquo tantùm Ordinis ministerio privat, vel solo ascensu ad Ordinem superiorem; v. g. oculis vel palmâ Sacerdos carens, inhabilis est ad Missam, non tamen ad confessiones audiendas; & Diaconus sinistro oculo carens, inhabilis est ad Sacerdotium, in suo tamen Ordine ministrare potest.

A D D E N D A.

Quest. 52. An certum sit nullam Irregularitatem, etiam ex delicto, esse censuram. *Re. videtur esse certum, uti tenent plurimi cum Cardena in 1. c. 75. contra Sorum & paucos alios, & consequenter non poterit per absolutionem tolli ab eis, quibus delegata est plenissima potestas absolvendi à casibus, censuris & pœnis omnibus quomodocunque incurtis, uti dicitur iterum n. 459. Notat autem Lugo in Resp. mor. l. 2. d. 12. n. 2. irregularitatem in eo imitari censuras, quòd incurrat ipso facto, & quòd semel contracta efficiat personam, quocunque iêrit.*

Q. 53. Si aliquid præcipiatur vel prohibeatur sub pœna irregularitatis, quale sit peccatum contravenire. *Re. Probabilius est contra Valent. Salonium & Sayrum apud Dian. p. 1. tr. 10. R. 21. esse mortale, quia quam.*

quamvis irregularitas possit contrahi ob veniale vel etiam ob nullum peccatum, tamen quando imponitur per modum pœnæ propter malefactum, non imponitur nisi propter mortale, ita Steph. à S. Paulo. tr. 2. d. 3. n. 22.

432.

DUBIUM II.

Qui sint effectus irregularitatis.

» **R** Esp. Sunt sequentes, 1. Inhabilitare ad Ordines suscipiendos, etiam primam consuram, & impedire exercitium Ordinum susceptorum: Unde Sacerdos irregularis, etsi validè, illicitè tamen absolvit. *Bon. l. c. num. 4. & p. 4. 2. Quòd collatio Beneficii, ad cujus functiones inhabilis est, facta irregulari invalida fit, secundùm sententiam communiorem & tutiorem: etsi non improbabiler quidam dicant eam non ipso facto irritam esse, sed meritò irritandam. Lay. l. c. cap. 1. n. 2. & 3. Sylv. Et. Bon. p. 4. Secundùm quam sententiam probabilem, Resolves,*

» I. Is qui Beneficium impetravit in irregularitate, potest, obtentâ hujus dispensatione, illud in foro conscientie licitè retinere, sine nova collatione, etiamsi in dispensationis impetratione non sit facta mentio Beneficii. Item si postea Beneficio privetur, non tenetur fructus restituere.

» II. Graviter peccat, qui in irregularitate exercet actum Ordinis, aut suscipit, licet Ordines ei collati sint validi.

ADDENDA.

433. **Q**uest. 54. Quid præterea sit notandum circa hos effectus. R. §. 1. Ordines collati irregulari sunt